

quām celi forma. 5. Omnis distinctio fit per ali-
quem actum, ar materiæ cœli & sublunarium,
cum sint puræ potentie, carent actu tali. Ergo
inter se specie non differunt. 6. Quia cœlum est
corrupeſibile & mutationibus obnoxium, ut in-
fras ostendetur. Ergo eamdem cum inferioribus
materiam habet hoc est, eam, quæ est potentia
contradictionis ad esse & non esse: & uir po-
natur in cœlum corruptionem non cadere, non
dum tamen evita materia diversitas, quum
ad generationem & corruptionem non sufficiat
nuda materia, sed insuper requiratur agens
contrarium aliquid in ſubiectum corrupten-
dum: quale agens admittunt, qui cœlo corrup-
tionem & generationem delegant.

Cœlum ergo & elementa eamdem habent
materiam generalem, in et non eamdem ſub-
ſtantiam ſpecialem ob varietatem formarum;
omnia enim corpora diſferunt à ſe invicem per
ſuos actus & formas: alia enim eſt natura cœli,
alia aeris, alia aquæ &c. Ut cœlum non ſit aer,
vel aqua, vel ignis. Interim cœlum avus non
eſt. Aquæ ratione claritatis perſpicuitatis: Aeris,
ratione tenuitatis: & per via ſubtilitatis. Cœ-
lum enim cum aere eandem quaſi tenuitatem
abebet; ut liquet ex refractionis unitate: in te-
rim